TESTINO

Quousque tandem abutêre, Catilina, patientiâ nostrâ? quamdiu
etiam furor iste tuus nos eludet? quem ad finem sese effrenata ja-
ctabit audacia? nihilne te nocturnum præsidium Palatii, nihil urbis
vigiliæ, nihil timor populi, nihil concursus bonorum omnium, ni-
hil hic munitissimus habendi senatus locus, nihil horum ora vul-
tusque moverunt? Patêre tua consilia non sentis? constrictam jam
omnium horum conscientiâ teneri conjurationem tuam non vides?
Quid proxima, quid superiore nocte egeris, ubi fueris, quos con-
vocaveris, quid consilii ceperis, quem nostrûm ignorare arbitra-
ris? O tempora, o mores! Senatus hæc intelligit, consul videt: hic
tamen vivit. Vivit? immo vero etiam in senatum venit: fit publici
consilii particeps: notat et designat oculis ad cædem unumquem-
que nostrûm. Nos autem, viri fortes, satisfacere reipublicæ vide-
mur, si istius furorem ac tela vitemus. Ad mortem te, Catilina,
duci, jussu consulis, jampridem oportebat: in te conferri pestem
istam, quam tu in nos omnes jamdiu machinaris. An vero vir
amplissimus, P. Scipio, pontifex maximus, Tib. Gracchum,
mediocriter labefactantem statum reipublicæ, privatus inter-

MARCUS TULLIUS CICERO ARPINATENSIS ORATOR

LATINAE ELOQUENTIAE PATER AC FACILE PRINCEPS.

FIRENZE